Liber

peculium. Et eo commodo praestare possit depositum. Illa pecunia nec
cetera dilabatur vel peculium est quicquid proprie alicuius est. Et
peculio fit adiectivum peculiaris pro re ad peculium pertinente
sive peculii propria, sed in usu iam receptum est pro proprio sive spe-
ciali. Quintilianus libro octavo. Et quae et aliis nomen intellectum
alium peculiariter tribuunt ut urbem Romam et venales novi-
cios et Corinthia aera cum sint urbes aliae quoque et vena-
lia multa et tam aurum et argentum quam Corinthium. In sexto
decem ambulante loqui ita oportet demum si in quibusdam
publicis in quibus multi sunt iudices quibus dicimus quam si
singulis mulctare peculi erit velimus. Et in secundo Paulum im-
pendamus. Hinc quoque peculatus opere furtum certe ad ip-
sam rem publicam vel ad pertinentes principis spectantium
sicut sacrilegium rerum sacrarum, ideo depeculator quidam ad sa-
crilegium transferunt. Fundus possessio praedium proprietas differunt.
xz Fundus. Ulpianus ita inquit: locus est non fundus sed por-
tio aliqua fundi; fundus autem aliquid integrum est. Et plerumque fun-
dum sine villa accipimus. Idem alibi: ager est locus qui
sine villa est. Modestinus non sit quid est fundus a possessione vel
agro vel praedio. Quod distet fundus, et quicquid solo continetur ager est
species fundi quae ad usum hominis paratur. Possessio ab agro iu-
ris proprietate distat, quicquid enim apprehendimus cuius proprietas ad
nos non pertinet aut nec potest pertinere hoc possessionem appellamus.
Possessio ergo usus, agri proprietas loci est. Nam et ager et possess-
io huius appellationis species sunt. Florentinus fundus appellatur
omne aedificium et omnis ager continet. Sed in usu urbana aedifi-
cia aedes, rustica villae dicuntur. Locus non sine aedificio in urbe
area in rure autem ager appellatur. Idem quod ager cum aedificio fun-
dus dicitur. Ecce diversae iurisconsultorum sententiae tum in aliis
tum in hoc, quod Ulpianus ait plerumque fundum esse sine villa si-
ne aedificio, Florentinus autem agrum cum aedificio esse fundum. Modestinus
obscure exponit agrumque diffiniens cum neutro aliorum concordat,
sed ridicule a possessione distinguunt ne dicam imperite loquuntur
de possessione quam significat qualitatem non quam substantiam. Perinde
ac si quis dicat de virtutibus ac vitiis loquens peccatum et ma-
lum sic differunt quod peccatum est id quod non recta ratione fit, vitium sit
peccatum enim appellat quod non sit recta ut lignum pravum malum non
positum est quod hoc foret dictum inepte cum de qualitatibus et de actio-
nibus agitur digredi ad substantiam quae ad rem non pertineat. Ita
hic cum de fundo de agro de praedio de possessione disputat non
de ea significatione possessionis loquitur qua proprietas intelligi-

· Sextus ·

tur sed qua actio possidendi sive qualitas. Quod si ita est quid affi-
nius habet possessio ad fundum agrum praedium quam ad na-
vem equum vestem? Harum namque rerum ita possessio est ut illarum.
Sed non de huiusmodi possessione loquendum erat quae praesertim
non est ut ipse ait species praedii vel fundi. Praedium enim fundus
ac proprietas est quorumlibet singulare nomen et ad posses-
siones profecto non usus sed proprietas dicendi. Modestino pos-
sessio fuit si quid sentiens ipse aliud possessiones non diffinit.
Et si quis dubitet an possessio proprietas sit accipiatur praeter
ipsorum iurisconsultorum et Ciceronis et Quintiliani testimo-
nia quorum alter in paradoxis ita scribit: Etenim si isti callidi ae-
stimatores prata et areas magni existimant quod ei quam pos-
sessionum minime noceri potest, non de usu loquitur et Cicero
cum certe noceri potest sed de proprietate. Alter in sexto de ora-
toria institutione: Patri eius dialogos dedit legendos quorum pri-
mum in Privernate, unus alter in Albano, tertius in Tiburti-
no sermone habitum compleretur requirebat ubi esse has possessi-
ones. Omnes autem illas Brutus vendidit. Nemo interrogat
ubi est usus praediorum sed ubi proprietas, neque usum vendit sed
proprietatem aut usumfructum. De praedio autem Ulpianus ita
scribit: Praedia urbana omnia aedificia accipimus non solum
ea quae sunt in oppidis sed etiam si forte stabula vel alia
meritoria in villis et vicis sed si praetoriis voluntati tan-
tum deservientia, quia urbanum praedium non locus facit sed materia.
Proinde hortos quoque si qui sunt in aedificiis constituti dicen-
dum est in urbanorum appellatione contineri. Plane si plu-
rimum hortorum in reditu sunt vinearii forte vel olearii magis
haec non sunt urbana. Etiam de praedio sicut de fundo iuriscon-
sultorum controversia est nec mirum cum neque ipsi suam de
rebus quibusque verbis sententiam sed de posterioribus quae
ex operibus illorum excerpserunt. Miror qui haec indistincte
loquuntur. Id ut ego quod ad me attinet sanam ita sermo agrum
continere fundum non contineri a fundo. Nihil quod prohibuerit cum
enim villa esse ferunt in agris senatores et verum
mihi nobilissimum plus in agris minimum non sine villa
et habitatione. Differtque ager ab arvo quod arvum semen-
ti datur. Salustius quid? Inde paulo post magis quam ar-
vo studet. Quintilianus: pauper et dives in agro vicini
ortulis et mox sed ex omni parte cum vertus divitiis
ager vix tenuem ad agros meos sementem dabat. Quid
agrum magna undique vallo divitiarum clusisti hinc

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;